

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Türkische Texte mit französischer Übersetzung - Cod. St. Märgen 1

[Straßburg?], [um 1720]

Caput septimum

[urn:nbn:de:bsz:31-161021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-161021)

lentè & perfunctoriè verberans : à جعفر *giæfer*, rivus, جعفر *giu-æjfer*, rivulus : ab عصفور *æsfür*, passer, عصيفير *üsajfir*, passerulus. Sed rarò hæc Turcis veniunt in ulum.

Persis Diminutiva fiunt additâ literâ ك *kef* præcedente *fethâ*, ut à پسر *pi*, vel پüser, filius, پüserك *püserk*, filiulus; à مادر *māder*, mater, مادرك *māderk*, matercula, كنيز *keniz*, ancilla ære empta, كنيزك *kenizek*, ancillula.

Nomen locale اسم كثر *ismi kefret* dictum.

Localia, quibus significamus locum in quo continentur, aut inhabitant res, animalia, &c., aut multitudinem rerum alicubi existentium denotamus, fiunt ut plurimum apud Turcas addito لك *lik* vel لك *lyk*, ut à طوكنز *don-us*, porcus, fit طوكنزلك *don-uzlyk*, porcile, stabulum porcorum: طاوقلق *tawuklyk*, cavea gallinarum, ميشه لك *mīs lik*, quercetum: داغلق *daghlyk*, regio montibus plena, montana. اورمانلق *ormanlyk*, regio sylvis abundans, &c. اكندلك *akndlk*, theca ubi asservantur acūs: خلاللق *chylallyk*, vul. hylallyk, theca in qua asservantur dentiscalpia: طارلق *taraklyk*, theca pectinaria.

¶ *Locale Arabibus est vel Collectivum, quod significat locum, in quo res copiose sunt & abundanter, estque formæ منصرة menseretun, ut مأسدة meesedetün, locus leonibus refertus, ab أسد esedün, leo: مبطحة mebtachetün, locus peponibus refertus, à بطيح بتيچhun, pepo: nec formari pot. st à nominibus quatuor literas radicales habentibus, ut sunt ضفدع zyfdæ, rana, ثعلب seleb, vulpes. Vel singulare significans locum, seu vas aut instrumentum, in quo quid reponitur aut asservatur vel asservari solet, estque ejusdem formæ cum verbali significante instrumentum actionis, i. e. منصار minsär vel منسر miser, aut منصرة minseretün, ut مقلم myklem, calamarium, à قلم kelem, calamus: مبول mibwel, urinarium, à بول bewl, urina: مشع misme-æ, vasculum in quo ponitur cera, à شمع semæ, cera: مئبر miber, & مئبره mibere, theca, in qua asservantur acūs, ab ابرة ibret, acus.*

Persis autem Locale Collectivum fit adjecto استان *istan*, vel زار *zār*, ut گلزار *gülzār*, locus ubi multæ rosæ, rosetum: علف زار *el-fzār*, locus pabulo abundans, pratum: گلستان *gulistān*, rosetum, rosarium, à گل *gül*, rosæ; & hinc Turcæ dicunt شهرستان *sebristān*, Urbs magna, q. multæ urbes in una. Singulare adjecto دان *dān*, ut بولدان *bcwyldān*, urinarium: قلدان *kalemdan*, calamarium: Dicitur & چراغ جا *ce*, vel *çiraghgiā*, candelæ locus, candelabrum: خواب جا *chāb giā*, somni locus, lectus.

CAPUT SEPTIMUM

De figura Nominum.

Nomen est simplex figurâ, vel compositum. Composita nomina vix ulla habent Turcæ & Arabes, nisi per additionem literarum aut particularum dictarum aut dicendarum; sed Turcæ adhibent Composita Persica, quæ quidem sunt plurima, ita ut dici possit, nullam illi in compositionibus & quidem elegantissimis ac ingeniosissimis esse parem linguam, si Germanicam excipias hujusmodi compositionibus affluentem. Pauca hinc tantum adferam, cætera te usus & Lexicon nostrum edocebunt.

Primò ex duobus Substantivis suis aut Arabicis faciunt unum compositum. Et si enim utramque vocem separatim scribant; eas tamen ad instar unius dictionis legunt, & significationem inferunt nominis Adjectivi, ut پری پیکر *perī pejker*, vel ملك منظر *melk menzer*, aspectu vel facie præditus Angelicâ, diceret Germanus Engelschön. Sic شهره جبین *zühreğebin*, q. frontis Veneræ, seu frontem habens instar Veneris planetæ splendidam: يوسف جمال *jüsüf gemäl*, pulchritudinis Josephi, seu pulchritudine Josephum Patriarcham (quem dicunt fuisse mortalium formosissimum) æquans: سرو قد *serw kedd*, staturæ cupressinæ, h. e. altæ, procerus ut cupressus: مار پا *mār pā*, serpentinos habens pedes, seu serpentis instar: آهو چشم *āhū çesm*, oculis cervinis præditus, i. e. blandis

blandis: عزت مآب *izzet me-âb*, q. quò se recipit magnificentia, magnificentiæ receptus, i. e. magnificus, gloriosus; & mille alia hujusmodi formant Composita, omnia Turcis usitatissima.

II. Adjectivum Substantivo alicui præpositum compositionem efficit, quæ pariter nobis per adjectivum reddi debet, ut شکسته دل *sikeste dil*, Turcicè فانش کوللو *fânîs gön-ülü*, fracti cordis, corde afflicto, dejectus. Sic تشنه دل *tesne dil*, sitibundi cordis, i. e. cupidus, avidus, خوب روی *chub rûj*, کوزل یوزلو *güzel jüzlü*, facie pulchrâ præditus, formosus, خوش خوی *choş chûj*, boni habitus, bonæ indolis. Sic فرال نیک *frâlî nîk fi-âl*, Rex bonarum actionum, probus: عالی شان *elîşân*, excelsæ dignitatis, celsissimus, &c. Postposita etiam adjectiva nonnulla inferunt eandem compositionem, ut سینه چاک *sine ciâk*, laceri pectoris, seu lacerum, fissum habens pectus, aut cor q. saucium, afflicto. Sic دل تابناک *dil tâbnâk*, cor habens inflammatum; sed rariora sunt hujusmodi composita.

III. Plurima fiunt composita ex nomine, & ei affixo aut etiam sejunctim apposito Participio verbi, sed quod sit simile Imperativo, ut اخواستن *châsten*, seu خواهیدن *châhîden*, velle, cupere, optare, fit Participium simile Imperativo, خواه *châh*, opta, & optans, cupiens, quod Participium voco Participium compositivum, & in Lexico illud sic noto, *Part. Comp.* Dicunt ergo, v. g. خیر خواه *chejr châh*, quod significat ایلک *eilik sanîji*, bona, bonum, bene volens, cupiens, optans alicui, benevolus. Sic دولت خواه *vel sæpius دولتخواه dewlet châh*, prosperitatem optans, addictus alicui: توفنک انداز *tüfenk endâz*, توفنک آتیجی *tüfenk atyji*, توفنکچی *tüfenkçi*, sclopeti explorator, aut jaculator, sclopetarius, ab انداختن *endâchten*, jaculari, &c. Sic جهان آفرین *gîhân âferîn*, Creator mundi, ab آفریدن *âferîden*, creare, &c. Item ex aliis Participiis integris multa fiunt quoque hujusmodi composita, pec. ex passivo, seu præteriti temporis, v. g. جهان دیده *gîhân dîde*, qui vidit mundum, in mundo rebusque mundi versatus: امور دیده *ümür dîde*, qui negotia tractavit, in rebus agendis versatus, rerum peritus: کار آرموده *kâr âzmûde*, expertus, in opere rebusque versatus, rerum peritus: تابداد *tâbdâde*, cui datus est calor, aut subjecta est flamma, i. e. ardens, ignitus, &c.

IV. Fiunt composita per præpositionem particularum aut nominum, ut sunt هم همراه *hemrah*, q. conviator, comes itineris, qui est ejusdem viæ: همخانه *hemchâne*, q. condomesticus, conjux, quæ est ejusdem domus: همسایه *hemsâje*, vicinus, qui eadem umbrâ fruitur muri utriusque domum separantis: نا *nâ*, particula negantis respondens latinæ *in*, ut نابینا *nâbinâ*, non videns, i. e. cæcus: نا امید *nâ ümîd*, spei expers, desperatus: نامعلوم *nâmelûm*, ignotus: بی بی *bî bî*, sine, ut بی ایمان *bî imân*, sine fide, h. e. fide carens, infidelis: کم *kem*, minor, minus, deficiens, ut کم خرد *kem chyred*, minus judicii habens, insipiens, minus sapiens: گم *gîum*, amissus: گمراه *gîumrah*, qui amisit viam, devius, &c. &c.

Postremò utuntur Persæ ac potissimum Turcæ, tanquam compositis, Arabicis nominibus annexis, ut sunt عبد الله *âbdüllâh*, vel, ut Arabes, *âbdüllâhi*, Servus Dei, & nomen proprium, quale dant patribus Amahometanis filiorum ad sectam Mahometis perverforum, tunc (etiam apud Arabes) prius nomen est indeclinabile, & sic in quocunque casu semper dicitur *âbdüllâh*. Talia sunt plurima Turcis usitata, ut مشارالیه *mûşârîen ilejh*, & مومنی الیه *mûmâ ilejh*, & سالف الذکر *sâlîfîz-zîkr*, prædictus, præfatus; ita ut si exigatur Dativus, v. g. dicant مومنی الیه دیدم که *ilcî mûmâ ilejhe didüm ki*, præfato Legato dixi, quòd, &c. & sic de aliis. Dicunt pariter احوال عباد الله *ehwâlî jübâdüllâh*, & non *jübâdillâh*, res statufve servorum Dei. Censentur porrò Arabibus Composita illa numeralia ab احد عشر *ehede âsere*, 11. usque ad تسعة عشر *tîf-âte âsere* 19. adeoque sunt indeclinabilia. Habent etiam pro Compositis بیت بیت *bejte bejte*, ostiatim, ut cum dicitur ابغی المسکین بیت بیت *ibtyghel- miskînü bejte bejte*, Mendicavit pauper ostiatim. Dicere enim بیت بیت *bejte bejte*, idem est ac dicere من بیت الی بیت *min bejtî ilâ bejtî*, & sic illud expriment Turcæ قیودن قیوده *kapyden kapyje*; Persæ autem interjectâ præpositione *be*, خانه بخانه *châne be châne*, vel در بدر *der be der*, ostiatim, & qui mendicat ostiatim. Diceremus & nos Von Hauff zu Hauff / von Thür zu Thür. *Di casa in casa, di porta in porta. De maison en maison. Od domu do domu.*